





1. Michaelis / Joh. Georg / diff. de viro stante
inter Myrtos, Halle 1739.
2. Moller / Christoph Gottfr. / diff. de Genuina
vorum xarakter et ypostasi notione,
Lippſie 1738.
3. Mosheim / Joh. Laur. / diff. de jefu Christo
vindice dogmatis de mortuorum ad
vitam reditu, Helmſt. 1740.
4. Müller / Gottfr. Ern / diff. de papolatia.
Lippſie 1726.
5. Müller / phil. / diff. de jure Dei in Homines,
jene 1701.
6. diff. de regno Israelii reſtauran.
do, jene 1704.
7. crocodilus lachrimans, jene 1733
8. diff. de Jefu Christo deandropo, jene
1704
9. diff. de gloria
jeſu Christi, jene 1661.



m. 27.

DE
AMMONITIS
A
DAVIDE ABSQVE CRVDELITATE
SVB IVGVM MISSIS
AD II. SAM. XII, 31. ET I. CHRON. XX, 3.
PERICVLVM PHILOLOGICVM

QVOD
BENEVOLO AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM
ORDINIS CONSENSV
IN ACADEMIA LIPSIENSI
D. I. NOVEMB. A. O. R. MDCCXXXI.
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTVNT
M. IO. CHRISTIANVS NIMPTSCH
WRATISLAVIENSIS
ET
IMMANVEL ERNESTVS HAHNIVS
DRESDENSIS
PHILOS. BACCAL. ET SS. TH. CVLTOR.

LIPSIÆ
LITTERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMII



M. 27.

AMMONITIS

DAVIDE ARSIOVE CRUELITATE

AD M. S. M. XII. 3. ET ALIORUM XII. 3.

BENEVOLO AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM
ORDINIS CONSENSU

IN ACADEMIA LIBERTENSIS

DE NOBIS A. D. MDCXXXI

M. JO. CHRISTIANUS NIMPHSCH

IMMANUEL ERNSTUS HANNIVS

PHILOSOPHUS ET THEOLOGUS

LIPSIÆ



DICENDORVM SERIES

- §. I. *Multa DAVIDIS facta, recentissime in controuersiam vocata sunt, quae bene tamen cum ipsius sanctitate conciliari possunt.*
- §. II. *Inter illa etiam locum habet Ammonitarum subiugatio, 2. Sam. XII. 31. et 1. Chron. XX. 3. descripta.*
- §. III. *Occasio ad eandem explicatur.*
- §. IV. *Communis de eadem sententia crudele aliquid inuoluit.*
- §. V. *Nec excusari potest, ob contumeliam legatis Davidis inflictam.*
- §. VI. *Num forte David in statu impenitentiae constitutus, hanc poenam ab Ammonitis sumserit, disquiritur.*
- §. VII. *SEB. SCHMIDII sententia, eandem paulisper emolliens, exponitur, et examinatur.*
- §. VIII. *Quomodo hanc mitigauerit B. DANZIVS edisseritur,*
- §. IX. *Examinatur, et in qua re sequendus sit, declaratur.*
- §. X. *Contra eundem Keri adseritur.*

- §. XI. Verbum העביר *nude* positum sine adiectione כחש significat quidem aliquando combustionem, sed non nisi ubi de sacris usurpatur gentilium.
- §. XII. Demonstratur, quod transitus ille per fornacem lateritiam, idem ac sub iugum missio apud Romanos inuoluerit.
- §. XIII. Qui igitur verba scripturae in citatis locis interpretanda sint, edocetur.
- §. XIV. Disquiritur, num iustum sit, ut quicquid delirant reges plectantur Achiui.
- §. XV. Et num non in quibusdam criminibus loco poenae capitalis, praestet damnatio ad opus publicum.
- §. XVI. Tandemque memoria martyrum ad metalla condemnatorum, toti tractationi finis imponitur.





DE
AMMONITIS A DAVIDE ABSQVE
CRVDELITATE SVB IVGVN
MISSIS.

§. I.

DAVIDEM, gloriosissimum illum
potentissimumque regni Israelis et
Iudae principem, quem non prae-
clarissimis modo, et belli, et pacis
tempore factis, verum etiam, ob
singularem suam et haud fucatam
pietatem, ab ipso Dei Spiritu, am-
plissimis praecipuisque concele-
bratum fuisse laudibus, nouimus, siquidem in Scriptura
S. mox *Viri* nomine, qui *secundum cor Domini fuit*, et
omnem fecit voluntatem Dei, a) venit; mox *sancti atque*
electi Dei, b) et *illius, qui fecit rectum in oculis Domini*,
neque recessit ab illo, quod iussit eum, omnibus diebus vitae
A 2 *suae*

a) Actor. XIII, 22. b) PCLXXXIX, 20. 21.



*suae, praeterquam in causa Vriae (Chittaei, c) vt reliqua d) taceam, praedicatur titulo, nondum tamen se eum comprobasse et demonstrasse, vt grauissimas nostri temporis Criticorum censuras effugere potuerit, copiosa satis experientia docuit. Enim vero, cum praeclara ipsius facinora, lectorum animos in tantum semper adfecerint, vt plurimi, in eorum diiudicatione, suum laudabiliter exercuerint ingenium, adfociarunt se iis et illi, qui, aut ex intempestiuo aliis contradicendi pruritu, aut quod re vera, se meliora aliis, ipsoque adeo diuino Spiritu perspexisse crederent, omnia fere optimi Principis facta, in malam interpretari partem conati sunt. Vniuersis tamen atque singulis in illa iudicandi libertate, palmam facile praeripuisse videtur, ingeniosissimus caeteroquin ille, doctissimusque inter Gallos scriptor, PETRVS BAYLE, quipse qui in dictionario suo historico-critico e) in recensendis factis gestisque Dauidis *συντομωτάτως* versatus est, ita vt iudicante clarissimo ORTLOBIO, f) dubium inde sit, num tyranni aut regis nomine DAVID dignus sit, notatusque hoc nomine grauiter admodum fuerit, a Celebratissimo GABRIELE GRODDECK Professore Gedanensium publico, *Res DAVIDIS ante et post susceptam Regni Israelitici administrationem gestas*, duabus strenue vindicante dissertationibus. g) Ast prouti censori iniquo, optuma*

c) 1. Reg. XV, 5. d) 2. Sam. XXIII, 1. et Sirac. XLVII, 2. e) Tom. I. voce *Dauid*. f) In diff. pereleganti *de Pacto Dauidis et Abneri contra Isbosethum illicito* Lips. hab. Anno 1709. g) In priori diff. Anno 1701. Ged. hab. *litem Nabaliticam, excursions in terras Philistaeorum, coram Rege Achis diffinulatas, atque propositum cum Philistaeis contra Israelitas pugnandi, contra Baylium vindicat*. Posteriori vero diff. Anno 1702. ib. hab. *Polygamiam, regni acquisitionem, saltationem coram Arca Domini, gentium oppugnationem, poenarum crudelitatem, consilia tempore Afoloniticae persecutionis, bonorum Mephibosethi delatori ad-*

ma quaeque inique facta videntur, ita illis, qui res DAVIDIS duce scriptura sacra altius diligentiusque perpendere sunt soliti, omnia DAVIDIS facta, bene admodum cum ipsius sanctitate conciliari et consistere posse, haud difficulter intelligent; inprimis vero omnibus dubiis de iustitia bellorum Dauidicorum facile occurrendum esse, si saltem ex monito B. Theologi, IOAN. FRANCISCI BVDDEI h) obseruetur: *quaedam a DAVIDE suscepta, quod a gentibus vicinis laceffitus esset; in aliis haud dubio mandatum accessisse diuinum; quandoque et moribus ea aetate receptis, quos tolerare, vt gentilium improbitas hac ratione castigaretur, Deo visum, aliquid datum.*

§. II.

Quodsi tamen vlla Dauidis actio, vel notam ipsius laudem penitus suppressere, vel insigni specie eidem vnam exprobrari potuit, crudelissimam illam, secundum receptam semel inter eruditos sententiam, qua 2. Sam. XII, 31. coll. 1. Chron. XX, 3. nil nisi grauissima describi creduntur supplicia, Ammonitarum fuisse subiugationem, crediderim, siquidem, quicquid ad illam vel excusandam, vel mitigandam, plurimi haecenus in medium protulerunt viri eruditissimi, parum roboris, aut solidi fatis habuit. Ast salua maxime et hic res est, nihilque commisit DAVID, quod contra diuinas humanasque leges fuerit, aut tantam vt vulgo videtur crudelitatem spiret, cum omnia e contrario, mire cum ipsius sanctitate atque iustitia consentiant, modo, misso auctoritatis humanae praeiudicio ipsa textus originalis verba diligentius accuratiusque examinentur, nec plura fingantur, quam reuera facta fuisse

A 3

legi-

signationem, tandemque moribundi de Ioabo et Simei monitum quod Salomoni dedit, sollicitè inquirat et vindicat. h) In Historia Escl. Ver. Test. Tom. II. Period. II. Sect. III. §. XV. p. m. 131.

legimus. Quod ipsum in praesenti plenius paulisper, pro virium tenuitate expositurus et confirmaturus, partim aliorum, quanta fieri modestia poterit, examinabo sententias, partim ea, quae suis mihi se maxime probarunt rationibus, luculentius exponam.

§. III.

Priusquam tamen, ad rem ipsam propius accedamus, operae pretium facturos nos esse confidimus, si ea, quae famosam hancce Ammonitarum subiugationem et praecefferunt et iusserunt, breuissimis exponamus lineis, cum in diiudicandis postmodum aliorum sententiis, lucem quandam adfundere queant, non penitus contemnendam. Omnia vero eo potissimum redire videntur: NAHASO Ammonitarum rege mortuo, i) mittebat Dauid in grati animi, ob beneficia a Nahaso quondam accepta testificationem k) ad filium et successorem eius CHANVNEM legatos, qui eius partim ob Nahasi mortem testarentur dolorem, partim iuuenem, patrem suum immodice lugentem, consolarentur, pronamque sui principis voluntatem, in isto colendo, et amice habendo, prolixissimis eloquerentur verbis. l) Tantum vero aberat, ut Chanur, Nahasi filius, pari humanitate, legatos Dauidis in aula sua exciperet, vt potius eos, a gentis suae prin-

i) 2. Sam. X, 1. k) Quae illa fuerint beneficia dubium est, cum in Scriptura S. nihil de iis memoriae sit proditum. Nonnulli existimant: NAHASVM, cum Sauli inimicus esset, DAVIDEM ob Saulis iram patriam fugientem, in aulam suam recepisse, variisque eundem adfecisse beneficiis, praeunte ipsis exemplum HIERONYMO Qnaest. Hebr. ad b. l. col. 28. Tom. II. ed. Martian. Alii vero, qui Ebraeae gentis doctores sequi malunt, dicunt: Ammonitarum Regem, fratrem Dauidis, aut alios cognatos, qui Moabitici Regis crudelitatem euaserant, magna humanitate atque beneuolentia excepisse, tutumque ipsis apud se concessisse refugium. Conf. BVDD. H. E. V. T. Tom. II. Period. II. Sect. III. §. 15. p. 147.

l) 2. Sam. X, 2. coll. 1. Chron. XX, 2.

principibus vana suspicione motis, turpiter seductus, animo arcana regni sui explorandi venisse crederet, m) eandemque ob rem, grauissima adficeret ignominia. Dimidiam enim eorum barbam radi curabat, vestes eorum talaris, ad clunes usque refecari et decurtari, atque ita sine responsione ad Dauidem referenda dimittebat. n) Quae insignis iniuria, qua legati, qui tamen ex iure naturae et gentium moribus sancti habentur, et inuiolabiles, et ipse adeo Dauid iis cum adfectus fuerat, causa exstitit, quapropter ingens adeo exarsit bellum, Ammonitis maxime non funestum tantum, sed grauissima quoque seruitutis poena olim luendum. Enim vero, initio statim belli, barbarus hicce iocus incredibilem pecuniae summam, o) pro milite ex variis e vicinitate gentibus conducendo, p) consummebat; in primo congressu ducibus Iudaeorum IOABO et ABISAI fortissimis, totus Ammonitarum exercitus in fugam agebatur praecipitem, q) in altero autem proelio, ultra quadraginta millia hominum misere mactata sunt. r) Vrbs tandem regia ab ipso Dauide victrici manu capiebatur, et opes ipsius diripientibus exponebantur militibus. Rex vero diademate spoliatus, patrio exuebatur regno, et populus, vna cum consiliariis regis, transeundo per fornacem lateritiam, ignominiose sub iugum missus, in lapidinis, ferrifodinis, ac lignis ferra ferendis, duram seruitutis conditionem perferre coactus est. s)

§. IV

m) Ibid. l. c. v. 3. n) 2. Sam. X, 4. et 1. Chron. XX, 4. sqq. o) DREXELIVS in *vita Davidis cap. 22. §. 3.* impensarum harum, quae 1. Chron. XX, 6. recensentur, supputationem instituit, iuxta quam tres auri milliones inde proueniunt. p) 2. Sam. X, 6. coll. 1. Chron. c. l. q) Eod. Sam, v. 9. - 14. r) ibid. v. 18. 19. s) 2. Sam. XII, 26. - 31.

§. IV.

Haec ipsa vero Ammonitarum subiugatio, longe durior acerbiorque, per communem interpretum aliorumque consensum, reddita est, ita vt per eundem spectata inter omnes Dauidis, *Regumque Israeliticorum in deuictos bello clementia*, t) non suspecta modo facta, sed horrenda etiam crudelitatis adpersa fuerit macula. Namque verba 2. Sam. XII, 31. hebraica

ואת העם אשר-בה הוציא וישם במגרה ובחרצי הברזל וכמגזר הברזל והעביר אותם במלכין וכן יעשו לכל ערי בני-עמון במלכין

IONATHAN b. Vsiel celebratus interpres Chaldaeus ita transtulit: ויהי עמא רבה אפיק ומסר יתרון במסרין: ובמרגי ברזל ובמגרי ברזל ויהר נתחון בשוקי

והעביר אותם במלכין וכן יעשו לכל ערי בני עמון *et populum, qui in illa (vrbe Rabba) erat, eduxit, et ferrauit illos ferris, ac tribulis ferreis, et securibus ferri, et traxit eos per plateas.* u) *Et sic fecit omnibus ciuitatibus filiorum Ammon.* SEPTVA-

GINTAVIRI autem reddiderunt: και τον λαον τον οντα εν αυτη εξαγαγε, και εθηκεν εν τω περioni, εν τοις τριβόλοις, τοις σιδηροίς, και υποτομευσι σιδηροίς, και διηγαιγεν αυτους δια τῶ πλινθιδis. VVLGATVS: *populumque adducens ferrauit, et circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris, et traduxit in typo laterum.* LV'THER VS: *Aber das Bolck, so drinnen, führete er heraus, und legte sie unter eiserne Sägen und Zacken, und eiserne Keile, und verbrannte sie in Ziegel-Defen.* Quam mentem etiam versiones in

vni-

t) 1. Reg. XX, 31. u) KIMCHIVS ad l. c. vltima Ionathanis verba eo sensu accipit, ac si raptos ad supplicium per plateas traxerit lateribus stratas et complanatas. Iple autem eo loco combustos statuit, vbi lateres excoquere consueuerint. R. SALOMO ad h. l. per lutum platearum ad locum supplicii tractos existimat Ammonitas.

vniuersum omnes recentiores hactenus retulerunt, x) nec vllum inter eas discrimen, quam quod in verbis quandoque a se inuicem paulisper abeant, re ipsa, amicissime conspirantes. Quod alterum concernit locum *1. Chron. XX, 3.* vbi illud Dauidis factum neruose repetitum legimus, vertuntur verba hebraea וְאַתְּ הָעַם אֲשֶׁר-בֵּהּ הוֹצִיא יְיָ אֱלֹהֵינוּ בְּמַנְרָה וּבְחַרְצֵי הַבְּרוֹזִים וּבְמַגְרוֹרֹת וּכְן יַעֲשֶׂה לְכָל-עַמּוֹן רָדָד לְכָל-עַרְוֵי בְנֵי-עַמּוֹן
 A SEPTVAGINTA VIRIS: καὶ διέπεσε πλοῖσι, καὶ ἐν σκεπάτοις σιδηροῖς, καὶ ἐν διαχίρῃσι, et a VVLGATAE autore: *fecit super eos tribulas, et trabas, et ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur et contererentur.* De qua vltima tamen verborum sacrorum translatione, clarissimus IOANNES ANDREAS DANZIVS hunc in modum egregie iudicat: *ea quae vltimo de dissectione et contritione habentur loco, temerarium continent interpretis additamentum, de quo ne litera quidem in textu originali prostat. Verba etiam praecedentia ita expressa sunt, vt nullum ferme respondeat voci hebraeae in sua locatae sede, et vnica hebraea חַרְצֵי tribus reddita sit synonymis, reliquae autem prorsus omittantur.* y) Harum vero sine dubio omnium autoritate praecoccupati, tam antiquiores ecclesiae doctores, literarumque sacrarum Interpretes, HIERONYMVS, z) THEODORETVS, a) aliique, quam recentiores modernique Theologorum plurimi, b) imprimis Iudaei, c) immani

B
eius

x) e. g. Pagnini, Vatabli, Tigurina, Castalionis, Iunii atque Tremellii; porro etiam Anglicana, Belgica Auctoritate Statuum munita, Gallica, Italica et denique B. Schmidii et Ioannis Clerici, aliorumque. y) In eruditiss. sua Comment. in 2. Sam. XII, 31. §. 35. p. 41. z) Quaestion. Hebr. in Libr. Reg. a) Quaestion. in 2. Reg. n. 27. p. m. 279. b) Inter hos est BRENTIVS *Comm. in b. l.* et CASPAR SANCTIVS, aliique. c) R. SALOMO et KIMCHIVS ad lit. u cit.

modi crudelitate atque saeuitia, Ammonitas contra a Dauidе grassatum fuisse, existimant. Quod ad ipsa suppliciorum instrumenta pertinet, per מַרְרָה ferram, vti etiam est, intelligunt, per חֲרִיצִים tribulam, plausfri genus, quod rotis subter ferreis atque dentatis voluitur, vt excussis frumentis stipulam in areis conterat, et in cibos iumentorum paleas comminuat, aut plostellum, aut denique cylindrum dentatum; (*eine zackichte Walze*) per מַדְרִיחַ secures, aut quodcunque aliud instrumentum secans, et denique per מַלְכָּן fornacem lateritiā, aut eadem potius Molochi, similem fornaci lateritiā indigigari existimant. Modum, eadem omnia applicandi instrumenta, exceptis paucissimis infra commemorandis, ita describunt, vt post grauissimos cruciatus, truculenta omnes periisse morte, exinde relinquatur. Ast non perspexerunt viri isti eruditissimi, aut perspicere minimum noluerunt, quod ea ratione Dauidi, optimo principi, tale quid adscribatur, quod cum ipsius genio et moribus plane pugnat, imo, quod grauissimi criminis cum incurrere suspicionem facit. Enim vero siue cum GROTIOD) dicatur: *supplicium hoc in terris istis non fuisse incognitum*, siue cum CLERICOE) adsumatur: *Ammonitas ipsos sic solitos fuisse facere, et ad solos armatos satellitesque Ammonitarum regis pertinuisse poenam*, aut cum aliis aliter, f) perpetuo tamen vix excusandam spirabit saeuitiam, et factum, quod cum SANCTIOG) *plane barbarum dicendum, et illius est, qui omnem humanitatem exiit, et ferinos imbibit mores, et spiritus. Quod tantum facit verisimile peccati natura, quae homines ferino ingenio reddit quam simillimos.* §. V.

d) In Comm. ad h. l. e) in Comm. ad h. l. f) Vid. B. DANZIUS in saepius laudata comment. ad h. l. vbi in plurimorum hac de re sententias, inquiri, easdemque iudiciose refutat. g) ad h. l. n. 61. p. m. 712.

§. V.

Nec illud profecto, quod ad excusandam Davidis hac in re admissam crudelitatem, a proterua nimis, et temeraria legatorum violatione, nequitur, argumentum pro-
 xedit, quantacunque etiam hoc ipsum proferatur specie, omnibusque exaggeretur modis. Admittimus equidem lubenter, ex iure naturae et gentium inuicte constare: legatos sanctos esse debere, atque inuiolabiles, h) quia sub legati persona non priuatus, sed qui regis alicuius aut vniuersae reipublicae, et imperii personam gerit, concipiendus est; imo, quotiescunque in illos grauius quid, ab iis ad quos ad stabilienda vel pacis commoda, vel belli componendos furores delegati sunt, statuitur, vniuersum quoque cuius nomine missi sunt, mediate licet, violari imperium; i) quantoque magis est delictum quod publicum, et integram quandam societatem petit, prae communi et minus publico, tanto acerbiorem etiam grauioremque promereri poenam. Extra omnem etiam, positum iudicamus controuerfiam, CHANVNEM Nahafi successorem, Ammonitarumque principem, grauiffimum nulloque modo excusandum, contra ius gentium, commisisse nefas, cum legatos Davidis, ad mutuam inter ipsum at-

B 2

que

h) CICERO Verina III. legatorum ius diuina humanoque vallatum praesidio, cuius tam sanctum et venerabile nomen esse debet, ut non modo inter sociorum iura, sed et hostium tela incoluere verferetur. VARRO lib. III. de ling. lat. dicit:

Sancta sunt corpora legatorum.

Et apud PIPINIVM legitur lib. II.

Tutique regressus

Legato.

Item: et Sanctum populi per saecula nomen.

i) Vid. HUGO GROTIUS de iure B. et P. Lib. II. c. XIIX. toto. Item Illustris PUFENDORFIVS de iure naturae et gentium Lib. II. c. III. §. 23. p. m. 229. quibus et addatur MULLERVS in seiner Einleitung in die Philosophischen Wissenschaften P. III. c. 23. toto.

que Dauidem benevolentiam amicitiamque conciliandam, et iucunda pacis promouenda studia venientes, vana iniustaque per proceres suos suspicione motos, seductus, petulanter adeo, proterueque exciperet. Enim vero, conuelli barba, summum non priscis solum omnibus visum est ludibrium, k) sed et Iudaeis tanto magis intolerabile, quanto maiorem barbae curam, ex lege diuinitus data, habebant, l) inprimis, cum ad maiorem ignominiam vnum saltem barbae latus ipsis raderetur. m) Porro abscissio illa, et decurtatio ad nates vsque vestium, non minus in ipsorum vergere poterat ludibrium, quia ibi maxime locorum vestes longae et honestae, et vsitatae essent. At, quam grauis etiam, et enormis haecce fuerit legatorum violatio, tanta tamen non erat, quae horrendam adeo vindictam, et vniuersae gentis promeruerat exitium. Leges quippe iuris naturae et gentium, non aliud quid, quam iustam Dauidi belli causam faciunt, quo regis, consiliarium, populi que horum facta approbantis, puerilem fatis com-

k) SANCTIVS in Comment. in 2. Sam. c. X, 4. ex STRABONIS lib. XVI. refert: *Assyrios in detonsa barba, aut ab aliis quoquo modo vulsa, vel tractata ab aliena manu, sic tulisse moleste, ut in eo summam putarent ignominiam et intolerabile ludibrium. Unde etiam apud illos frequens et prouerbiale: barbam vellere. h. e. ludibrio aliquem excipere.* HERODOTVS lib. II. de Aegyptiis refert, quod apud ipsos summi ludus argumentum fuerit, barbam deponere. l) Leuit. XIX, 27. sancitur: *Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* m) De hac re ita pronunciat SANCTIVS l. c. *Est quidem durum et ignominiosum, barbam alicuius per ludibrium radere, sed est multo ad ignominiam grauius, et ad pudorem acerbius, eam in facie aut barba speciem relinquere, ut aliis sit prorsus irridendus, quemque ideo lasciuia pueri conuitiis exagitent iocularibus et lapidibus appetant. Tales omnino videbantur legati illi Dauidis, viri vtrique honesti, cum dimidiam habuere barbam erasam. Nouum sane spectaculum, et eiusmodi, ut pueris opportunos praerberet ludos, et otiosorum hominum turbam ad sannas et cacchinos excitaret.*

cōpesceret insaniam. n) Hae poscunt in poenis sumendis iustam, et cum cura institutam cum delicto proportionem, o) nec patiuntur, vt in vindicta omnem adeo humanitatis excedamus, migremusque modum. Accedit, quod cogitandum et hoc fit, regem fuisse iuniorem, in obseruando itaque iure gentium parum adhuc exercitatum, ex mera porro praecipitantia, a suis seductum, peccasse, et denique nihil fecisse, quod legatis exitium attulerit, siquidem paucorum mensium interualla, barbam restituebant abrasam, et vestes mutilatae, aliis facillimo commutari poterant negotio, adeo, vt et hocce nomine mitiorem longe poenam promeruerit.

§. VI.

Hoc ipsum bene admodum pro singulari sua ingenii iudicii que acie intelligentes viri nonnulli literatissimi, eam ingredi sententiam non dubitarunt, qua Dauidem in statu peccati constitutum, atque per Prophetam Nathanem nondum ad poenitentiam reuocatum, hancce ab Ammonitis poenam sumfisse, eademque grauissimum admiffisse peccatum statuitur. p) Inter illos et primus est, quantum quidem nos scimus, et principem sibi vindicat locum, CASPAR SANCTIVS, quippe qui in eruditissimo suo in *II. Sam. librum Commentario*, post alia, quae toti huic historiae multum foenerantur luminis, ad *h. l.* dicit: Nos

B 3

qui

n) HVGO GROTIUS de iure B. et P. lib. II. c. XIII. §. XI. o) Id. lib. II. c. XX. §. II. n. 1. Quo et spectat lex diuina Deut XXV, 2. rogata. Et de qua re HORATIUS etiam canit lib. I. Serm. Sat. III.

Ponderibus modulisque suis ratio utitur, ac res

Vt quaeque est, ita supplicii delicta coërcet,

Et alibi:

Adfit

Regula, peccatis quae poenas irroget aequas:

Nec fentica dignum horribili sectere flagello.

p) Conferatur 2. Sam. cap. XI. et XII.

qui peracta haec dicimus eo tempore, quo David in fermento erat, et in medio peccatorum aestu, alius a se ipso, quique libentius suis adfectibus, quantumcunque immoderate profusus, quam Dei voluntati seruebat, merito existimamus, gravissimum in hac suppliciorum acerbitate Davidem admisisse peccatum. etc. Cuius procul omni dubio insistentes vestigiis, et alii ex anglicanae imprimis ecclesiae doctoribus, vna cum SIMONE PATRICK Episcopo Eliensi, q) variis amplissimisque in Scripturam S. meritis illustri, eandem hancce et adprobasse et fouisse sententiam videntur. Non tamen ut huic et nos subscribamus opinioni, tantorum virorum sufficit auctoritas, donec varia, eademque non leuia, contra eandem pugnare argumenta intelligimus. Enim vero, primo omnium loco maxime eidem obstare credimus textus ordinem, quem haec sententia penitus inuertit, dum oppugnationem verbis RABBAE et reliquarum Ammonitarum ciuitatum, hic enarrari per hyperbaton statuit, olim factam, antequam Nathan ad poenitentiam Davidem reuocauerit. Licet enim res fere expedita sit, ea, quae de Salomone in antecedentibus leguntur verbis, post bellum contrigisse Ammoniticum, narrari autem ad complendam integram de Bathsheba historiam, quia vix probabile, quod bellum hoc, vsque dum Salomo disciplinae et institutioni Nathanis fuit submissus, perdurauerit; non aequae tamen certum euictumque est, omnia, quae de bello narrantur Ammonitico, et ipsam Davidis praecessisse poenitentiam. r)

Ac-

q) Vid. Comm. eius angl. in 2. Sam. libr. vbi ad h. l. dicit: Though many have thought it too severe, and lookt upon it as an argument, that David did this in the state of his impenitence. When the mild and gentle spirit of God was departed from him, and he was become cruel and furious, as well as lustful. r) Vid. hac in re nobiscum amice consentientem B. SEB. SCHMIDIVM in Comm. ad h. l. quaest. 26. p. 583.

Accedit, quod, si res ita, vt quidem existimant viri isti literatissimi, sese haberet, et David in statu impenitentiae constitutus, crudeli hac et barbara plane actione, grauissimum admiserit peccatum, nulla dari queat ratio, cur non aequae ac adulterium cum Bathsheba commissum, et caedes VRIAE, acerba, vehementissimaque exceptum a Propheta reprehensione fuerit. Imo, cum nullo denique exemplo, solide iuuieteque comprobari queat, praepotentem Deum, nefario eiusmodi peccatori atque impenitenti, secundos belli successus, amplissimosque de subiugatis hostibus triumphos, vnquam fuisse largitum, qui potius tamdiu semper distulit victoriam, dubiamque belli fortunam reddidit, donec ad meliorem, vt dicitur frugem redierint homines; s) iure inde meritoque concludimus, sententiam hanc omni destitutam probabilitatis praesidio, vix locum inuenire posse, et veniam.

§. VII. 9

Quae ita cum minus omnia procedere videret incomparabilis ille ecclesiae Lutheranae Theologus, amplissimumque academiae Argentoratensis ornamentum SEBASTIANVS SCHMIDIVS, t) primus existit, qui hanc poenarum crudelitatem in dubium vocauit, atque ad eam et mitigandam, pauloque explicandam aliter, suum laudabiliter applicauit animum. Quando enim in Scriptura S. c. l. dicitur: et "posuit in ferras et in tribulas ferreas etc., crediderim, ait, instrumenta ista humi posita, vt dentes, sursum erecti essent; quibus impositi Ammonitae semel, aut iterum, vt vulnera alta non facerent, signarent tamen, corpus et cruciarent, atque aeternam in corpore gererent, memoriam, ne rebellarent contra Dauidem, simulque, omni-

s) Conf. Num. XIV, 41. seqq.

t) In Commentario suo eruditiss. in 2. Sam. lib. ad h. l. p. 544 et 583.



„omnibus videntibus ignominia ista appareret. Sic rex
 „David uideretur egisse ex iure talionis. Ammonitae sum-
 „ma ignominia adfecerant legatos Davidis, ideoque istam
 „ignominiae notam perpetuam corporibus ipsorum im-
 „presit. De fornace lateritia vero, penitus silet, quia quid
 „transitus ille per fornacem inuolueret, non satis forte in-
 „telligeret. Quemadmodum autem vir ille summus, sin-
 „gularem prorsus, magnificamque promeretur laudem,
 „quod Dauidem nostrum, ab horrendo eiusmodi crudeli-
 „tatis crimine absoluerit annisus fuerit; vehementer tamen
 „dubitamus, num ea firmo satis nitantur talo, quae de in-
 „strumentorum horum, in medium ab ipso proferuntur,
 „applicatione. Enim uero, nullo prorsus ex textu sacro,
 „ad confirmandam hancce stabiliendamque opinionem gau-
 „det praesidio, cum uerba plana satis atque perspicua, ut in
 „sequentibus audiemus, aculeata eiusmodi, vix adeo ad-
 „mittere videantur. Praeterea valde etiam dubito, num
 „alio forsan ex antiquitate illorum temporum exemplo,
 „haec paulisper illustrari, et exornari queat sententia, ita,
 „ut vel hocce nomine, aliquam probabilitatis nanciscatur
 „speciem. Quare, cum haec omnia eidem deesse intelli-
 „gimus, vix ea quid spirabit aliud, quam felix auctoris in-
 „genium, pronumque et pium erga Dauidem animum.

§. VII.

Id quod uero non sine laude tentauerat incompara-
 bilis SCHMIDIUS, illud felicissimo successu, Vir in
 literatura hebraica ad miraculum fere doctus, IOAN-
 NES ANDREAS DANZIUS, maxima ex parte per-
 fectum deduxit, atque optimum Dauidem nostrum ab isto
 crudelitatis crimine dextre masculaeque absoluit. In eru-
 ditissima enim commentatione sua, quam hocce titulo:
Davidis in Ammonitas deictos mitigata crudelitas, seu
speci-

specimen sinceritatis scripturae, Masera throno mota, triumphantis, e כתר servato, verbisque 2. Sam. XII, 31. absque praeiudicio versis; ad ferto, in lucem publicam prodire fecit; a) verba hebraea §. IV. allegata, hunc in modum vertit: et populum, qui in illa, eduxit, et posuit ad ferras, et in ferrifodinas, atque ad scalpra ferrea, postquam transfere fecisset eos, vna cum rege suo. Atque sic fecit omnibus ciuitatibus filiorum Ammon. b) Utque suam hancce probaret textus originalis versionem, amplissimo cum eruditionis hebraicae adparatu §. XX. euincit: מררָו primo, tam ex vocis vsu, aliunde in scripturis sacris obiuo, c) quam ex vi originationis, et interpretum consensu, ferram denotare ferream. Vocem vero חרצים, ex mera interpretum praecipitantia per plostellum ferreum, tribulas, vel cylindrum incisum, et dentatum, versum fuisse contendit, siquidem vnicus tantum locus, in vniuersa Scriptura S. Amos. 1. 3. legatur, vbi contextus probabilem saltem huius significationis eruendae speciem praebeat; d) ipse autem post copiosum Iudaeorum consensum, ex Talmude probat, eam vel millies ibidem fossam aut fodinam denotare, tribulam vero, et plostellum nunquam; cumque cum uoce הברזל ferrum notante, in nostro textu construatur, recte inde per ferrifodinam reddi posse, existimat. Atque expositis ita dubiis maxime, vulgo sic dictorum sup-

C

pli-

- a) Prod. Ien. anno 1710. b) In praefat. p. 4. c) Confer. 1. Reg. VII, 9. et 1. Chron. XX, 3. d) Ibi enim חרצים legitur, in textu autem nostro, inuenimus חרצים quod cum priori, quoad solas literas radicales coincidit, atque adeo in solo etiam generali incidendi conceptu conuenire potest, nequaquam vero in formali, determinatoque. Quis enim dixerit, rerum *incidentium* vel *incisarum* vnā tantum, et non plures esse species. Accedit, quod, qui fodinam vel fossam in fundo eruit, terram incidat, cum fossa, sit aliquid incisum terrae. Id quod egregie etiam a B. Danzio obseruatum legimus.

pliciorum instrumentis, ex animat quoque eadem applicandi modum, et vrget: verbum סרס in illa, qua hic positum animaduertatur constructione, phrasin illam *ponere aliquem ad aliquid*, exprimere, et quemadmodum patres mechanici adponunt, vel adplicant filios suos, ad instrumenta suae artis, non vt per ea pereant, sed vt conuenienter iisdem vti discant, ita etiam Dauidem, populum Ammonitarum, ad ferras ferreas et sic porro adplicasse. Et vt hac in re, nihil prorsus, suo indulgisse videatur ingenio, ex circumstantiis quoque historicis ea omnia diligenter illustrare, et axornare studet. In huius quippe rei gratiam, testem (α) prouocat scripturam sacram, quod Dauid, simul ac in regno confirmatus esset, ad amplissima aedificia, ipsumque adeo templum exstruendum, suum adplicuerit animum, e) ad quae aliquando tanto feliciter expedienda, conquirendos etiam habuerit operarios, quorum postmodum numerus, aetate SALOMONIS, ad centum quinquaginta tria millia et sexcenta excreuisse dicitur. f) Quodsi etiam quis esset, qui defendere in se susciperet, Ammonitas, ceu agnatos Iudaeorum, a Lotho Abrahami per fratrem nepote descendentes, reliquis ex maledicto Canaan ortis praefectos fuisse, locumque huncce ita verteret: *et posuit super ferram, et ferrifodinas, et scalptra ferrea, postquam transire fecisset eos una cum rege suo*, quippe qua ratione, pronior esset conciliatio, verbi רירר i. Chron. XX. 3. extantis cum textu praesenti; certum tamen manere, ab omni opera seruili praestanda, non prorsus mansisse immunes. (β) Probat Palaestinam, quae pascuosa

e) 2. Sam. VII, 1. seqq. f) 2. Chron. II, 2. coll. 1. Chron. XXII, 2. seqq. dicunturque illi operarii Talmudicis גרים גורים peregrini violenter adducti, cum ad eiusmodi opus durum Israelitas adhibere noluerit Dauid, vtpote, quibus curam demandabat militiae.

pascuosa licet, et frugifera, nulla tamen metallorum, lapidum, et ferri fodinarum laborasse inopia, siquidem terra sit, cui secundum ipsa diuini Numinis eloquia, nihil prorsus desit; g) ita vt nec hocce nomine, dubium vlli suboriri queat. Quod vero terba textus vltima attinet, reiecit, ex sua semel adoptata hypothesi, penitus lectionem $\tau\delta$ keri, putatque vocem במלכן, quae Chethibh exprimit, et proprium alias idoli Ammonitarum nomen, מלכן aut מלכן denotat, appellatiue per מלכן punctandum esse, quod idem, ac rex eorum significat. Nam quod plane hic $\tau\delta$ keri ineptum sit, et locum non inueniat, his potissimum inductus argumentis euincere conatur, et α) quidem, quod taceat scriptura sacra, in Ammonitide et Iudaea, vnquam fornaces existisse lateritias, et β) quod vtraque regio, lapidibus instructa copiosissimis, facilem laterum iacturam facere potuerit, vnde γ) sua sponte fluat, quod, in quacunque regione nullae prorsus existunt fornaces lateritiae, ibi nec in illis damnati laborare queant, nec comburi. Et quod contra suam forte adferri queat dubium sententiam, a genere discrepante literae finalis מלכן peritum, leuissimum illud esse existimat, cum vsitata generis enallage, scrupulum omnem tollat, et exterminet. Ast ad grauius dubium, quod omnia operose dicta in momento prostertere, atque ex loco parallelo 1. Chron. XX. 3. verboque inprimis ושר, quod vulgata vertit, *ferrauit*, peti posset, hunc in modum respondet, vt profligatis aliorum sententiis existimet, inprimis facilem, pronamque esse illius vocis interpretationem, modo thema שור, pro frequentiori סור *recedere*, concipiatur, transferarurque: et recedere fecit ad ferram, et in ferrifodinas etc. Quod enim שור et סור aequipolleant inter se, neminem linguarum orientalium

C 2

gnarum

g) Deuteron, VIII, 9.

gnarum temere fugere posse, cum Chaldaeis vnā eandemque literam constituat. Vnde etiam pro hac ipsa voce ordinariē נטר non נשר occurrat; et ne minus quis in vnica hac radice, vsitatum illud dixerit, considerandum esse Hoseae IX, 12. vbi in בשרי itidem ש pro ט scriptum legatur. cum tamen totus contextus recedendi significationem extorqueat: *Vae illis, cum ego recessero ob illis.*

§. IX.

Atque hanc quidem viri summi sententiam, quae non solum versatissimos in hisce studiis viros, nominatimque IO. FRANC. BVDDEVM, h) et CAROL. FRID. KRVMBHOLZIVM, i) in amicum pertraxit consensum, verum etiam grauiissimum aduersarium, in celeberrimo M. HENR. BENED. STARKIO, professore quondam Lipsiensium publico, nacta est, dignam iudicamus, quae diligentius, acuratiusque nunc examinatur, diiudiceturque. Vtque et hic bono seruato ordine procedamus, ad primam quidem verborum sacrorum translationis partem, qua verba hebraea vertit: *et posuit ad feram et in ferisodinas, et ad scalptra ferrea*, obseruamus, nihil eum fecisse, cur iure meritoque ab ipso recedendum, et non potius laudabilibus eius presse insistendum sit vestigiis. Enim vero, quod verbum שר attinet, non video, (quod tamen pace Clariss. STARKII, hoc ipsum negantis dixerim) k) cur non aequē per ב ac per ל, ל, א, et ע in significatu *adponendi* queat construi, siquidem illam construendi interpretandique rationem, pro genuina, et minus insolita vindicat locus *1. Sam. VIII. 11.* vbi eadem occurrit phrasis,

h) In Hist. E. V. T. Tom II. p. 151. i) In disquisitione pereleganti: *de serui male feriat poena per διχορυσία significata*, quae inserta legitur *Bibl. Brem. hist. Theol. Classe VII. Fasc. II. n. II. p. 242.* k) in *Notis selectis Critico-Philologico Exegeticis in loca difficiliora V. et N. T. ad h. l. p. 193. ed. II.*

phrasıs, quando dicitur: *Et hoc erit ius regium, qui regnabit super vos: filios vestros sumet, וְשָׂם לוֹ בְּמַרְכָּבָתוֹ et ponet sibi ad currum suum, regendum scilicet, moderandumque, non vero, vt ipsi in illum euehantur, aut ab eodem conterantur.* Et de voce מַנְרֵה *ferram*, vt et מַנְזֵרֶת *scalpra*, aut quodcunque aliud instrumentum secans, norante, vti nullum prorsus est dubium, ita non intelligo, cur male adeo eidem STARKIO, fecisse visus sit B. DANZIVS, quod in vocabulo מַנְרֵה a recepta hactenus significatione abierit, illudque, ad meliorem inde, sanio-remque sensum eliciendum, per *sodinam* interpretatus fuerit. Ad dubium enim, quod ex *Amosi I, 3.* petitur, praecedenti iam §. in *notis subiunctis ad l. d.* responsum est; nec crimen esse, si vox dubii incertique maxime significatus, ex lingua profana Talmudica illustretur, vlla mihi ratione persuadere possum. 1) Et quod denique, contra omnem hanc sententiam, ex loco parall. *1. Chron. XX, 3.* et verbo *יִשָּׁר* vrget, vir doctissimus incommodum, hoc ipse non solum, ex loco *Hof. IX, 10.* a DANZIO profi- gatam fere agnoscere tenetur, sed quando etiam negat firmiter concludi ab hoc ad nostrum locum, quia non quid possit, sed quid debeat fieri videndum sit, nullas plane addit rationes, cur non debeat fieri, nisi eam, quod contra consuetam sit sententiam, ab ipso subintellectam fuisse, dixeris. Ast quod alteram interpretationis Danzianae pericopam concernit, adsentior B. STARKIO, eandemque copiosissimis grauissimisque premi incommodis crediderim, quae non aequae facile, feliciterque remoueri poterunt. Omnis autem ad vocem במלכן redit contro- uersia, in כתיב expressa, quam per מלכן punctat, quo

C 3

idem

1) Videtur tamen illud exprobrare praeclarissimus STARKIVS l.c. p. 193. et 194.

idem, ac rex eorum significet, proscripto penitus relegatoque hoc in loco קרי, adoptatoque pro hypothefi fua, omnibusque ingenii neruis תִּפְּרֵי Cheithibh adfero. Sed procedere hanc vocis במלכן punctationem versionemque ideo negauerim, α) quia arbitrariam praefupponit vocalis (.) in (.) mutationem, quam et in diuinam vocalium in textu facro originem iniuriam esse, et cum celebrata Scripturae S. certitudine nulla ratione conciliari posse, apud omnes illarum rerum gnaros, extra controuerfiam est positum. m) β) quia insignem generis enallagen, qua; pro מ positum existimat, fingere teneretur; quam dari licet in ebraismo non negetur, non tamen pro arbitrio interpretis, vbi modo potest, adsumenda est. Accedit, quod illud, quod pro eadem h. in l. euincenda, ex moribus Ammonitarum effoeminatis, argumentum necit, dubium admodum fit, nec magni adeo ponderis, siquidem contrarium facile ex bellicoso Ammonitarum animo comprobari queat. n) Nec melius sese habent, quae ad exterminandum, proferibendumque ex S. codice Keri, a viro celeberrimo communicantur rationes. Enim vero, gratis primo adsumere videtur, nullas in Ammonitide, et Iudaea existisse fornaces lateritias, cum illud certe argumentum valeat, quod in quacunque regione inueniuntur lateres, ibidem etiam necessario praexistant fornaces, in quibus formari, excoquique queant. Confirmatur autem ab *Esaia* vate, quod in hisce terris minime ignoti fuerint lateres, quando *cap. IX, 9.* filios Ephraim, et ciues Samariae, elato animo ita loquentes introducit: לַבְנֵי
lateres ceciderunt, וְגִזְרֵי et lapide caeso ferroque polito
ex-

m) Conf. Magnificus Summeque Rev. IO. GOTTL. CARPZOVIUS in

Crit. S. V. T. P. L. c. V. f. c. VII. §. XI. p. 242. seqq.

n) Vid. 2. *Sam. X. Iud. X, 9.* et alibi.

exstruemus; et iterum c. LXV, 3. vbi Deus de populo suo conqueritur, esse hunc gentem, quae ad iram ipsum prouocet, sacrificet in hortis, et adolet על הלבנים in lateritiis. Ad alterum vero argumentum: nullas exstitisse in regno Israelis fornaces lateritias, quia gaudens praestantissimum omnis generis lapidum abundantia, facile carere potuerit lateribus; doctissimo hunc in modum respondemus viro: tritum esse notumque satis Logicis prouerbum, a posse ad esse non valere consequentiam, adeo nihil probari, quod euinci tamen maxime debuerit.

§. X.

Quae igitur cum ita sese habeant, dubitamus merito, num consultum satis sit, lectionem scriptae literae Chethibh tantopere vrgere, eademque admissa, tot incommodis, totque dubitandi rationibus locum aliquem relinquere. Et si quoque ex mente viri ingeniosissimi stupendique ingenii, MATTH. HILLERI. o) aliorumque haud paucorum, huius sententiam suam facientium, conciliationem aliquam h. in l. lectionis Chethibh cum Keri admittere vellemus, et diceremus: *transisse populum Ammoniticum per Malcan vel per aedem Molochi, similem fornaci lateritiae*, ancipiti tamen maxime haeremus animo, num non hac ratione Dauid, spurcissimam illorum idololatriam, a qua tamen omni tempore tantopere abhorruit, adpropasse, Ammonitisque, lustrando ita eos per fornacem Molochi, gratam magis iucundamque quam aduersam et molestam rem fecisse visus sit. Phrasis etenim illa העביר במלכן nihil aliud, quam *immolationem Molocho sacratam ex locorum* *Leuit. XVIII, 21. Ezech. XXIII, 36.* aliorumque collatione, inuoluere videtur, pariter ac eloqui.

Prae-

o) In arcano Keri et Chethibb Lib. II. ad h. l. p. 326.

Praestare igitur, vna cum amplissimo tam veterum quam recentiorum, Iudaeorum pariter ac christianorum consensu, existimamus τὸ Keri, idque vnice hoc in loco admittendum esse, comprobatum ibimus. Non opus autem esse credimus, vt nos quidem in prolixissimam hic illam, difficillinamque, de illius vna cum Chethibh origine, immittamus controuersiam, num a Mose et Prophetis, p) num ab Esra, eiusque collegis, q) aut a priuatis denique Magistrorum curis, et schedis repetenda veniat; r) sed ceu euictum iam, luculentissimeque comprobatum, a Summe Reuerendo CARPZOVIO adsumimus, s) vtrumque, variantibus diuersorum Codicum lectionibus, in acceptis referendum esse, easdemque primam τὰς Karian et Chatban praebuisse occasionem, quibus paullo post, vel eodem etiam tempore, honestiorum pro obscœnis vocabulis lectio, vnaque vel altera magistrorum interpretatio et Critice, sed in paucissimis accessit. Sic superfedemus etiam grauissimo illo, herculeoque labore, qui tantum hactenus sudoris expressit viris doctissimis, disputandique occasionem praebuit, quaenam ex illis genuina maxime, et vera sit lectio, num vtraque tam textualis, quam marginalis simul, t) num uero semper

et

p) Contendunt illud R. SALOMON ben Addereth in libro *quaesitor et responsor*, et in primis R. ben Chajim, in *praefat. ad bibl. Rabb.* q) Id euincere tentarunt Abarbanel R. David Kimchius, Elias Leuita, Matth. Hillerus, aliique nostratium, ita tamen vt in mira sententiarum diuortia scindantur, atque a se inuicem abeant longissime. r) Inter eos, qui illud adsumunt, princeps est LVDOV. CAPEI LVS in *Crit. S. Libr. III. c. XV. §. 13.* et e nostris Summe Rev. LOESCHERVS in *Comm. de Causis ling. Ebr. L. III. c. I. §. 6.* PFAFFIUS in *primitiis Tubing. p. 94. not.* (r) et celeb. IO. AND. DANZIVS in *literatore hebraeo c. I. §. 6. obs. t. p. 57.* non vno tamen et hi modo suam mentem explicant. s) In *Crit. S. V. T. P. I. c. VII. §. III. n. VII. p. 340. seqq.* t) Hanc statuere videntur sententiam HENR. AINSWORTHVS, WASMVTHVS, HILLERVS, aliique, quos adductos vide ap. CARPZ. *c. I. p. 351.*

et vbiuis textualis, u) aut vna et sola marginalis; x) sed ab eodem a nobis iam laudato CARPZOVIO repetimus, alterutram saltem, eandemque, quae rectius sese habet, in vno loco eligendam tenendamque esse lectionem. y) Ita etiam secundum hunc, aliosque, et notum et euictum existimamus, in illis literam scriptam, Chethibh, presse diligenterque seruandam esse locis, vbi honestiora vocabula in illorum, quae obscoena olim visa sunt, surrogantur locum; e contrario autem Keri sequendum, vbi manifesta librarii obseruatur oscitantia, et hallucinatio, deficiente aliqua, aut redundante, aut voce integra, aut litera, vel litera in alerius locum, ob insignem substituta adfinitatem ductus; quemadmodum, vbi sensus vtriusque lectionis dispar quidem, conciliabilis tamen et commodus est, parum refert, quaenam eligatur, modo illa sola teneatur, quae τῆ συναφισα, et contextui, et analogiae linguae, omnibusque regulis hermeneuticis ex asse congruit. Quibus praesuppositis, in nostro quem examinamus loco, virgemus τὸ Keri, quia α) non honestius, pro obscoeniori substituit vocabulum, sed β) manifestam librarii ob adfinitatem ductus, literae ς in locum ς transcriptae, hallucinationem arguit, et denique τῆ συναφισα, contextui, omnibusque circumstantiis historicis, regulisque hermeneuticis, et sic porro, amicissime plenissimeque respondet; id quod vnicuique haec inspicienti, meditantique

D

tique

u) Quod summo studio defendunt GIBBERTVS VOETIVS *P. I. diff. Theol. p. 35. seqq.* et celeb. DANZIVS *in plurimis suis scriptis*, alii- que. x) Praecipui Keri defensores sunt Iudaei ad vnum omnes. Ex nostratibus, alio tamen fundamento, THEOD. HACKSPANIVS, *de scriptorum Iud. in Theolog. usu. §. X. p. 299. c. II.* WILH. SCHICKARDVS *in Bechirat. Happeruschim Disp. III. sub finem*, quibus et suffragantur ex Reform. HOTTINGERVS *in Thes. phil. L. I. c. 3. p. 418. aliique.* y) Vid. *Crit. S. V. T. P. I. c. VII. §. 6. p. 353.*



tique plenius, ac diligentius, facile patefecit, et in subsequentibus, plurima ex parte, exponetur fufius.

§. XI.

Nec opus est, vt admissa fornace lateritia, Ammonitas a Davide combustos, tantaque crudelitate necatos statuamus. Nulla enim ad hoc, cogit nos necessitas, nihil in textu sacro extat, quod nos premat, urgeatque, quominus pergamus, optimum Dauidem nostrum defendere, illiusque causam in nos suscipere. Enim vero negamus, pernegamusque, quod verbum העביר nude positum, sine adiecto באש vnquam, nisi vbi de turpissimis gentilium vsurpatur sacris, in diuinis paginis idem ac *comburare* significet. Patefcere hoc potest, ex inductione omnium locorum, in quibus verbum hoc legitur adhibitum, quaeque summa haectenus, pertinacissimaque diligentia euoluimus. Vtque hoc tanto luculentius faciliusque intelligatur, speciminis loco, prouocamus quidem ad Num. XXXI, 23. et 2. Reg. XXIII, 10. in quibus, vbi *combustionem* inuoluere potest, semper et vbique cum באש construitur. Sic quando nude ponitur, et aliquam *comburendi* significationem extorquet, de horrendis, abominandisque gentilium sacris, Molocho factis, sermo est, id quod clarius etiam euadit ex Leu. XVIII, 21. vbi illa lex, in gente Israelitica per Mosen promulgata legitur: *et non dabis de semine tuo להעביר למלך*, ad traducendum, aut comburendum Molocho; ex Ezech. XVI, 21. in quo conqueritur Dominus: *Iugulasti (Israel) filios meos, et exposuisti eos בהעביר* ad traducendum vel comburendum eos; nec non XX, 26. vbi Deus ita loquens introducit: *Atque ego dederam ipsis statuta non bona, et iura, per quae non viuerent; Impurans ipsos, cum donis eorum, eo quod בהעביר traducerent omnem aperientem vuluam. etc. vt infinita*

alia

alia, sicco iam iam pede transeam. E contrario uero, non sine ratione contendo, uerbum העביר in aliis scripturae locis, semper tantum pro *transire, de loco in locum abire*, et sic porro usurpari. Sic frequens in primis huius uerbi usus est, ubi *miraculosus ille Israëlitarum per mare rubrum et Iordanem transitus describitur*; ubi idem ac *permeare, per fines ire*, et *peragrarare terram* significat: *Exod. XII, 12. Leu. XXVI, 6. Num. XIII, 33. Ios. XVI, 2.* imo cum de uerbis *per os transeuntibus*, sermo instituitur, ut uidere est, *ex Ios. VI. v. 10.* et alibi. Quae autem, cum ita sese habeant, non uideo, cur in hoc apud Samuelem loco, illa uox, plus quam nudum quendam per fornacem transitum, indigitare debeat, in primis cum uerbo *educendi* annexa, tanto minus fieri id queat. Ad dubium uero, quod forte, non sine omni specie nobis moueri, atque *ex Matth. XXIV, 35. coll. Marci XIII, 31. et Luc. XXI, 33.* adhuc peti posset, in quibus, optimus seruator noster hanc loquendi formulam, sua confirmasse autoritate uidetur, quando diceret: *ὁ θεσπὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται*, hunc in modum respondemus: quod hoc uocabulum *annihilationem* potius huius uniuersi *totalem*, ignem mundi subsequuturam, quam ipsam combustionem exprimat, et rerum omnium *transitum*, oculos fugientem hominum, inuoluat, siquidem id ex aliis scripturae locis, 2) facili admodum negotio comprobari posset.

§. XII.

Ast quid hoc ipso uoluerit sibi Dauid, cum Ammonitas transire faceret per fornacem lateritiam, nostrum nunc est, ut paululum exponemus accuratius. Existimamus uero, si quid harriolando adsequimur, *transitum* hac phrasi indigitari *ignominiosum*, qualis sub iugum missio

D 2

erat

2) 2. Cor. V, 17. 1. Petr. IV, 3.

erat apud Romanos, Dauidemque per fornacem deduxisse Ammonitas, quemadmodum illi, quoties hostes traditis armis deditionem faciebant, duo tigna recta humi defigere, hisque tertium transversum superimponere, et sub eos captiuos transmittere solebant. Enim vero, cum tot amplissimas hactenus, gloriosissimasque victorias de populo Ammonitico collegisset Dauid, et caedibus abstinere ipsa sana dicitaret ratio, nihil amplius restare videbatur, quam ut tandem communis quaedam, subactam domitamque esse gentem, exprimeretur confessio. b) Praeterea, ex dictis praecedentibus, nemini obscurum esse poterit, qui, in Ammonitide, legati Dauidis contra omnia gentium iura, summa ignominia, et intolerabili ludibrio, excepti pariter ac adfecti fuerint; ad quam infignem nunc proteruiam, ex iure talionis, digne fatis meritoque puniendam, aptissime prudentissimeque ille excogitatus erat transitus, siquidem hoc ipso ad vniuersum omnes, coram triumphantium Iudaeorum oculis, vultuque glorioso, illam iugi subeundi perferre tenebantur ignominiam, qui singuli, diuerso licet modo, legatos pessime indignissimeque tractauerant. Ino denique, ut recordari Dauid Ammonitas faceret, quod ipso iure belli, ferui iam iam facti sint, et durissimos grauissimosque sustinere teneantur labores, praemeditato admodum consilio per fornacem traducebat eos, sine dubio alto simul voluens pectore, quomodo tristissima patrum eo tempore fuerit condi-

-
- a) Vid *DIONYSIVS Lib. III. et LIVIVS Histor. Rom. L. III. c. XXIX.*
 b) Id, quod etiam apud Romanos in more fuerit positum, ex *LIVIO* condiscimus quando ad Aequos supplices *L. QUINTIVS* dictator diceret: *licere abire, sed ut exprimatur tandem confessio, subactam domitamque esse gentem, sub iugum abituros. Lib. III. c. XXVIII.* c) Quanta apud Romanos iugi subeundi fuerit ignominia luculenter grauissimeque exprimit *LIVIVS Lib. IX. c. V.*

conditio, cum in Aegypto sub Pharaonis manu, ad opus publicum in fornaces condemnati essent. d)

§. XIII.

Ex illis igitur, quae fusius iam iam a nobis disputata sunt, facili patefcere poterit negotio, quod iure optimum, non uerba solum *II. Sam. XII, 31.* sequentem in modum interpretari queamus: *Et populum qui in illa, (vrbe Rabba) eduxit, et posuit ad serras, et in ferrifodinas, et ad scalpra ferrea, postquam eos transire fecisset per fornacem latericiam, transitu scilicet ignominioso, et contemptu longe plenissimo; verum etiam locum *parall. I. Chron. XX, 3.* cum celeb. DANZIO ita reddere: *Et populum, qui in illa, eduxit, et recedere fecit ad serras, et ad ferrifodinas, et ad scalpra ferrea, sicque fecit Dauid omnibus ciuitatibus filiorum Ammon.* Enim vero, quodcunque hac in re adferri queat dubium, ad hoc sufficienter satis, nisi nos omnis fallat spes, in praecedentibus responsum esse credimus. Haec autem ubi nunc euieta est sacrorum verborum Interpretatio, et versio, sua sponte euanescent omnia, quae optimum piissimumque Dauidem, horrendo adeo crudelitatis obstrinxerunt crimine, ampliffimasque eius, et inter vincinas gentes, laudes, turpi obscurarunt macula, siquidem nihil prorsus fecit, quod non ex gentium moribus, victori datum pariter ac concessum est. e)*

§. XIV.

Quodsi tamen adhuc serupulum vlli moueat, num iustum fuerit, vt quam rex iuuenis CHANVN, in temera-

D 3

d) Exod. I, 13. 14. V, 7. 8. seqq.

e) Apud Xenophontem Cyrus ait: *Lex est sempiterna inter omnes, capta hostium vrbe, tam corpora illorum qui sunt in vrbe, quam fortunas suis vindicare, qui urbem capiunt. Cuius rei exempla tam in sacris quam profanis Historiis ubique obuia deprehenduntur.*

meraria legatorum violatione ingentem culpam contraxerat, eam populum etiam Ammoniticum, innocentem sine dubio, et talia improbantem, luere fecisset David; omnis statim dispelletur dubitandi ratio, modo illud diligenter obseruemus: duplici ratione, a summa maiestate culpam redire in subditos, vel si in crimen subditi consenserint, vel si quid fecerint summo potestatis imperio, quod facere tamen sine crimine non poterant. f) Toties autem in crimen subditi consentiunt, quoties consensum requisitum adhibent, quoties adiuuant, receptum praestant, suum ad id perpetrandum conferunt consilium, quoties laudant, adsentantur, si cum ex iure proprie dicto, teneantur vetare, non vetant, aut cum teneantur ex simili iure, opem ferre iniuriam patientibus, non ferunt, non dissuadent cum dissuadere debeant, aliove modo in ipso crimine participant. g) Sic faciunt etiam aliquid, summo licet potestatis imperio, quod facere tamen, sine ingenti crimine non poterant, quando e. g. leges iuris transgrediuntur naturae, et communia gentium iura, enormi scelere violant. Iam si haec ad Ammonitas adplicemus, haud difficulter erit intelligere, qui singuli, singulis ex hisce sese obstrinxerint criminibus, omnesque ita non tam ex alieno, quam ex delicto proprio puniti fuerint. Consiliarii enim regii, inimica quaeque de legatis Davidis, suo persuaserant principi, consiliisque temerariis hanc eorum iusserant iniuriam, imo quanto maiorem ferre potuissent opem, iniuriam patientibus, tanto magis in eorum conspirauerant ludibrium. Populus autem adprobabat talia, cum partim laudaret publice, quae a principe eiusque facta fuerant consiliariis, partim ad tantam adeo iniustitiam penitus sile-

f) Vid. HUGO GROTIUS *de Iure B. et P. L. II. c. XXI. §. 7. p. m. 975.*

g) *Id. l. c. §. II. n. 5. p. 965.*

ret, et ne mustitendo quidem vllam indignationem prode-
ret, imo ad iussa regis iniquissima, legatos male deforma-
tos, cachinnis fannisque puerilibus petulanter proterueque
exciperet; id quod eiusmodi in casibus fieri solere, ille
tantum ignorabit, quem plebeiorum mores in vniuersum
fugiunt. Quae cum ita sint, iure meritoque et populum
Ammoniticam tali coercere poena potuit, nihilque pro-
fus admisit iniustitiae optumus piissimusque Dauid, liqui-
dem etiam in exercitu Graecorum, vbi Agamemnon ipse,
alique complures communi suberant consilio, non im-
merito

Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui h)

quia et illorum erat, vrgere Agamemnonem, vt raptam
sacerdotis filiam redderet; quod vbi turpiter neglectum
fuerat, omnino

Virgine rapta

Quam meruit solus poenam, digessit in omnes. i)

§. XV.

Nec minorem etiam, quam delicti sibi poscebat
grauitas, hoc, quod deduximus poenarum genere, vindi-
ctam sumebat ab Ammonitis Dauid, cum in quibusdam
criminibus, loco poenae capitalis, praeset damnatio ad opus
publicum. Inprimis autem haec locum quendam inuenit,
in delictis eiusmodi vniuersitatis, vbi misericordiae est, ob
multitudinem peccantium aliquid decedere de summo
iure

h) HORAT. *Epist. R. I. epist. 2. v. 14.*

i) OVIDIVS *Metamorph. XIV.*

iure, k) (modo David amplius quod in Ammonitas habuit.) Huius enim insignis clementiae ipsum autorem habemus praepotentem Deum, qui Cananaeis, eorundemque vicinis populis, licet barbarie effrenatis, omnique vitiorum genere pollutis, pacem obtulit, quae vitam ipsis, sub tributaria conditione concederet. l) Egregie quoque hic sapientis SENECAE dictum quadrat: m) *In singulos severitas imperatoris dstringitur, at necessaria est venia, ubi totus deseruit exercitus.* Et iterum quod LVCANVS n) cecinit:

Tot simul infesto iuvenes accumbere letho

Saepe fames, pelagique furor, subiraeque ruinae,

Aut coeli terraeque lues, aut bellica clades,

Nunquam poena fuit.

Imo, quia in eiusmodi vniuersitatis criminibus, cessat fundamentum obligationis ad afficiendos morte homines, quod est salus reipublicae, aliorumque emendatio, cum totam gentem, aut plurimam eiusdem partem excidio necare, destruat omnino salutem reipublicae, nec vlli faciat emendationi locum. Accedit, quod haud fucatus principis in suos ciues amor, illud omni modo suadeat, vt ipsos a durioribus perniciosioribusque cessare faciat laboribus, quo tanto magis, ingenui homines, ingenuis etiam artibus et studiis, suam consecrare queant operam. Quae omnia sapienter reputans prudentissimus David

k) Vid. HVGO GROTIVS *de I. B. et P. L. III. c. XI. §. XVII.*

l) *Conf. Ios. c. IX.*

m) *de Ira p. 10.*

n) *Lib. II. v. 198.*

Dauid praestare credidit, omni alia poena, damnationem ad opus publicum, Ammonitasque inprimis suorum civium loco, in ferrifodinas posuit. Quantum enim damnum metalli fodinae eorum sanitati adferant, qui perpetuos in iisdem perferre tenentur labores, PLINIVS, earum rerum indagator praestantissimus testatur: *Odor, inquit, metalli omnibus animantibus est noxius.* Nam perpetuae exhalationes et vapores inde surgunt, quae secum ducunt.

*Mortiferam vim de terra, quae surgit in auras,
Vt spatium coeli quadam de parte venient.*
vt LVCRETIVS q) quidem profitetur, et quotidiana experientia vnumquemque conducere potest.

§. XVI.

Duram hanc satisque tristem conditionem vitae, quam summo iure, constantique sibi Dauidis, iustitia ad opus publicum in ferrifodinis, lapicidinis, et lignis ferra ferrandis, perficiendum condemnati perpetiebantur Ammonitae; eam omni sine culpa, neminem laceffendo, nec vlli inferendo iniuriam, a crudelissimis christiani nominis hostibus, in metallum damnati, cum multis aliarum poenarum accessionibus, primi perferre tenebantur confessores, quorum vt sanctam inter omnes quosque bonos memoriam, clausulae loco renouemus, et vt ile, et pium ducimus. Quam miseranda vero, et flebilis Christianorum in metallum damnatorum, sub VALERIANO maxime Romanorum Imperatore, vitae fuerit ratio, ex CYPRIANI inprimis epistola, ad illos data, r) vt et ex responsoriis ipsorum ad eandem literis condiscimus, siquidem in his, qui fustibus caesi sint, compedibusque vincti, qui ignominio-

E

se

p) Hist. Nat. Lib. XXXIII. c. 6. p. 468.

q) Lib. VI. v. 819.

r) Quae est num. 77. ed. Paquel.

se tonfi, et fame horribili, foetore, et squallore misere vexati sint, graphice describitur. Omnia tamen illa, ex singulari Christiani nominis amore, aequo adeo perferebant animo, vt fustibus caesi, grauissimeque afflicti, per eiusmodi poenas, se initiasse confessionis suae religiosam crederent primordia; vt gloriarentur potius, quod tanquam vasa aurea et argentea, in metallum, id est auri et argenti domicilium detrusi sint; pedes suos feliciter vinctos existimarent, cum a domino soluerentur, et itinere ita salutari, ad caeli dirigerentur gaudia; corpus in metallis male adfectum, refrigerio, et solatio Christi recreatum praedicarent; et squalletia sine balneis membra, ac situ pariter et habitu deformia, sanguine Christi intus abluta laetabundi adspicerent. Quam miram verò, constantissimamque religionis Christianae professionem laudatissimo illorum estimulati, si et nos seruabimus, exemplo, meliora iam per diuinam gratiam, experientes fata, spem capere poterimus longe augustissimam, fore, vt et hanc a nobis poenam auertat immortalis Deus, quam iusto bello a Dauide subiugati, merito sentiebant

Ammonitae.

S. D. G.



EO - Beg 2002

01 A 6739

ULB Halle
003 096 890



ULB Sachsen-Anhalt
Autoschieden

datum: 2008

Sb.


D.

Reh. ✓


Mi

46





A M
 DAVIDE AE
 SVB
 AD II. SAM.
 PERIC
 BENEVOLO AN
 OR
 IN ACA
 D. I. NC
 PLACIDO E
 M. IO. CHRI
 W
 IMMANVEL
 PHILOS. B
 LITTERIS IO.



Farbkarte #13

B.I.G.

CATE

3.

DRVM

NI

SCH

NIVS

III.

